

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 576

**Auteur(s) :** Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1151

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Seconde confirmation de la fondation de l'abbaye par Hugues d'Amiens, archevêque de Rouen

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° XIX, p. 46-50.
- b. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix : The Acta of Hugh 'of Amiens', n° 61, p. 293-298.

Texte établi d'après a

[Hugo, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus,] Fulcero abbati et conventui ecclesie Sancti Michaelis Ulterisportus imperpetuum. [Habet ecclesiastice regula sanctionis et] ipsius forma justitie ut ea que, divina largiente gratia, ecclesiis religiosorum jugi instantia Deo servientium a fidelibus in elemosyna collata sunt, a nostra [pontificali auctoritate debeant robur accipere, qua]tinus nulla pravorum hominum convelli possint mach[inatio]ne, sed rata in posterum et illibata valeant permanere. Eapropter, dilecte fili in Christo Fulcere, juste [tue postulationis favorem benigne adhibentes, ecclesi]e tue utilitatibus tum pro offitio sollicitudinis nostre, tum pro emulatione bone opinionis vestre salubriter providentes, ecclesiam vestram sub protectione sancte Rothomagensis ecclesie assumimus, [et possessiones vestras a principibus vel ab aliis quibuscum]que vobis legitime donatas presentis scripti nostri robore communimus, videlicet ecclesiam Beati Mychaelis Ultrisportus in qua, auctore Deo, ad serviendum ipsi congre[gati estis, et ecclesiam Sancti Jacobi in eadem v]illa cum capella de Briencon, et capellam Sancti Walerici de Monte Aquoso, et ecclesiam Sancti Petri de Valle cum decima, et ecclesiam de VIIem Molis cum decima, et personatum de Verleio, et capellam de Avennis [cum tota decima, et capellam de Flamenge]villa ; et ecclesiam de Haimeis cum tota decima et capellam de Anneinnemara cum tota decima, et ecclesiam de Gislemercort cum tota decima et cum omnibus que ad eam pertinent, et ecclesiam de [Riu cum tota decima, et c]apell[am de Monceio cum tota decima, et ecclesiam de Buivilla, et ecclesiam de Penleio, et ecclesiam de Brunvilla, et ecclesiam de Fraxineta, et ecclesiam de Falcis, omnes has cum decimis suis ; et duas garbas de cultura] Ansoldi Bisete, que est inter Sanctum Germanum et Bretesel, et ecclesiam de Burgo Turoldi, et ecclesiam de Basocis, et ecclesiam Sancti Martini de Bosco, et ecclesiam de Merlevilla, has omnes cum omnibus decimis et pertinentiis suis ; et duas garbas de Monceio, et apud Sanctum Martinum, et apud le Tot, et apud Merlincampum, et apud Huhanerias duas partes decime, excepto dominio domini, et duas partes decime alliorum et ceparum, et apud Tochevillam duas partes decime et convectionem de agris ad villam, et apud Assinneium duas garbas

decime, excepto dominio domini, et apud Grenneium duas partes decime, excepta terra Sancte Marie et feudo Gornay et IIIor curtillis ; in Bosco autem Ricardi duas partes decime, et in Aconmaisnillo de feudo Audulfi duas partes decime ; apud Blangeium duas partes decime de feudo Ricardi Boistel et Hilduini et Tustini de Grimonmaisnil et Henrici Gallardi et Anscherii ; apud Fontes duas partes decime, et apud Basinval de feudo Wiberti et Hilduini Forestarii duas partes decime, et apud Capenneum duas partes decime, et apud Lonreium duas partes decime, et apud Boefles duas partes decime de feudo [Gaufridi] filii Fulconis, et apud Maisnil Aalardi duas partes decime, et apud Fucardimontem de feudo Rogerii Balleul et de feudo Gilleberti Caletot duas partes decime, et apud Verlei de feudo comitis Augi duas partes decime, et apud Culvervillam de dominio domini totam decimam, et de [aliorum] hominum ipsius ville decimis duas partes, et capellariam domini ejusdem ville ; similiter apud Augum et Ultrisportum de omnibus vicecomitatibus totam decimam, et decimam pasnagii foreste Augi, et decimam molendinorum de Blangeio et de Criolio et [de Septem Molis, et decimam de Bechelonda, et decimam thelonei et vicecomitatus de Grandicuria et de VIIem Molis et de Criolio, et apud Juncheriam duas partes decime de feudo [Willelmi Caritani,] et apud Freelvillam modium frumenti de [molendino] domini, et apud Boissai [decimam quam tenebat Bernardus ;] et apud Torfrevillam de feudo Gunberti et de feudo [Willelmi Bloieth et de feudo Osberni de Pontivo, et apud Lonrey de feudo Walteri de Mesnillo et tribus pasticiis, et de feudo Walteri filii Juliane, et de feudo Bernardi de Penlui, et de feudo Rogerii Clave et de feudo Wiberti, et de feudo Willelmi filii Marilie, et de feudo Hugonis filii Rogerii,] omnium horum duas partes decime ; et decimam pis[cium] coquine comitis, et decimam de omni terra foreste Augi, cum culta f[uerit, silvam liberam in] opus monasterii et ministeria monachorum ; preterea in Ultrisportu mansuras L et VI canbas et duos vavassores liberos, et omnem palustrem terram, et eam quam Ansgotus tenuit cum t[ota decima], et prata de justa, et omnem terram arabilem que fuit de dominio comitis, et [XXX acra]s terre de feudo Hugonis vicecomitis. Et omnes homines de terra sancti Mychaelis in omni placito erga famulos comitis, preter forestarios, sola manu se purgabunt nec sine testimonio respondebunt ; famuli vero ecclesie qui sunt de pane ejus in curia ejusdem ecclesie se purgabunt, et justitia [abbatis erit. In] omni vero terra sancti Mychaelis si quis aliquem percusserit, sanguinem et justitiam abbati concedimus libertatemque hominibus ejus[em in omni terra comitis] ut nec comes nec aliquis tallias vel exactiones ab eis exigant, preter quod ad theloneum pertinet. In festo sancti Michaelis feriam, ab hora vigilie nona usque ad noctem sequentis diei post festum, liberam [et quietam], cum omnibus consuetudinibus que exiguntur in terra et mari ; et apud Augum feriam sancti Johannis Baptiste, cum omnibus consuetudinibus, et V mansuras [et viridarium unum,] et terram unius vavassoris apud Matunmaisnil, et Maisnilval cum portu, et Caisnetum, et Maisnil Soreth, et Maisnil [Aalar]di, et medietatem de Remico Maisnil, et medietatem de Boistel Maisnil, et Crimol Maisnil, [et Fontanas et] quicquid ad eas pertinet, excepto theloneo et parrochia ; apud Fulcarmontem VI masuras, et medietatem Verleii cum uno molendino, apud VIIem Molas XII masuras et terram unius carruce et V acras prati, et ad saltum Durandi VII acras terre, et apud Gozodimare IX acras terre et unum curtillum, et landam de Belfou ; in Criolio duos molendinos [et duas masuras] quietas et duas acras prati, apud Aneinnemaram feudum Rogerii, et totam terram de Goscolmare, apud Burgum Turoidi XXXV acras terre et terram de Falcis ; in o[mni comi]tatu Augi quicquid aliqui ecclesie contulerint, preter capita honorum suorum, ratum erit ; apud Gislemercort feudum duorum vavassorum, Salceio acram prati et terram ecclesie, Assenneio IIos ortos convectionemque decime, et Maisnil Sterlandi liberum ab omni consuetudine ; in Rieu IIos hospites et medietatem Fraxinete et bosci Henrici Bisete et Bonivilarii cum tota decima, et terram de Croteio cum tota decima ; et de ortis de Bretesel totam decimam, et IIas garbas de feudo Bernardi de Merlevilla, apud Haimeis IIIes hospites et XII jugera terre ; Grandicurie de feudo Petri prepositi, Alveredi, Walteri Goscelini, Willelmi Samin, Rogeri de Doith, Willelmi Rufi, [Hugonis de Puteo,] Walteri filii Reinsendis et Abraham duas garbas decime ; Puteis de feudo Hugonis et Turoidi IIas garbas ; Flamengeville terram unius carruce, et partem [varenne], et viridarium unum, et pratum Anselmi, [et pratum Willelmi Cancon, et pratum Walterii Sancti] Martini quod vocatur Insula, et [Montem Gosberti cum tota decima ; apud Goduini Maisnil IIas garbas decime de f[eudo Roculfi, decimam quoque vini omnium vicecomitatum et boscorum comitatus Augensis, et apud Augum decimam maierie ; Anglescheville duas garbas decime de feudo Gaufridi de Envremou, apud Bellevillam duos hospites, et de Willelmo clerico Sancti Sulpitii tres] minas bladi, [Grandicurie] de feudo Bernardi [de Austremercort] XXX acras terre et medietatem decime de feudo [Willelmi Vavassoris], apud Basli medietatem decime de [feudo Rogerii] de Freelvilla, et apud [Audefontem] terram unius carruce cum tota decima, et ecclesiam de Orival cum tota decima et IIIes acras terre ; in Nullomonte, cum tota terra Dercennie, duas garbas de feudo unius vavassoris, apud Maisnil Rannelin IIas garbas decime de feudo Dro[art, apud] Belveer duas garbas de feudo unius vavassoris, apud Baboe IIas garbas de feudo Radulfi de Monceps, apud Grandumpre IIas garbas decime ; aquam de Criolio ante festum sancti Mychaelis VIII° diebus, ad Translationem sancti Benedicti IIIor,

ad festum Marie Magdalene IIIor, et aquam Augi in festo sancti Mychaelis una nocte, in beati Benedicti [una] nocte, Transfigurationis I nocte et Marie Magdalene una nocte ; et capellam Sancti Nicholai Rothomagensis. Hec itaque bona que, [annuente] Deo, in presentiarum legitime possidetis vel que in posterum justis quibusque modis adipisci poteritis, nostra communimus auctoritate, et sancte Rothomagensis ecclesie defensione firma vobis et integra permanere sanctimus, salvo in omnibus jure pontificali vel parrochiali. Si quis autem adversum hec venire temere temptaverit, excommunicationi subjaceat, et eum in extremo examine divina adnimadversio districta severitate pervellat. Actum est hoc anno ab Incarnatione Dei M°. C°. L°. I°, apud Rothomagum, regnante in Gallia illustri rege Ludovico, princip[ante in Normannia Henrico venerabili duce.  
Ego Hugo, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, subscripsi.